



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

§. Unicus. An ex justa causa fieri possit ab Ordinariis divisio
præbendarum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

per Episcopum (videlicet amoris) quo
Franciscum, (ut pote suum ex fratre
nepotem) prosequitur, tenet Rota
decis. 166. num. 5. apud Farin. part. 2.
recent. majorem enim charitatem, &
pietatem in suos, quam in extraneos
exercere quis debet, cap. non satis.
86. dist. omni videlicet cessante fraude,
& presumptione, quæ pro consanguineo-
rum affectione stat, cap. quis quis. 12.
quest. 2. cap. in canonibus 16. quest. 1.

Extat super hoc etiam Concilii Tri-
dentini dispositio Sess. 25. de reformatione
cap. 1. in hac verba: omnino vero
eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesia
consanguineos, familiaresg, suos augere
studeant, cum & Apostolorum Cano-
nes prohibeant, ne res Ecclesiasticas,
quæ DEI sunt, consanguineis donent,
sed si pauperes sint, is, ut pauperibus
distribuant: eas autem non detrahant,
nec dissipent illorum causam, immo quam
maxime potest eos sancta Synodus mo-
net, ut omnem humanum hunc erga
fratrem, nepotes, propinquosque car-
nis affectum, unde multorum malorum
in Ecclesia seminarium extat, penitus
deponant: his præmissis:

S. Unicus.

An ex justa causa fieri possit ab Ordinariis divisione præbenda-
rum?

DE hac quæstione Episcopus Vratis-
lavensis (ut notat Gonzalez in
cap. vacante. 26. de præbend.) scriptis
ad Innocentium III. quod vacante
quadam præbenda in sua Ecclesia, duas
ex ea constituerit, ad illas de consen-
su Capituli duos Canonicos assumen-
do, quorum altero apud Sedem Aposto-
licam viam universæ carnis ingresso,
præbendam; quam defunctus ha-
buerat, quidam Clericus, Hippolytus
nomine, fuit auctoritate Sedis Aposto-
licæ assecutus. Verum, cum dictus
Hippolytus Episcopum super integritate
præbendæ, per quasdam ad Pa-
pam literas, inquietaret, & alias idem
jus adversus Episcopum se habere pro-
poneret, quid in hoc facere debeat?
Episcopus per Sedem Apostolicam e-
decet petiit: cui Pontifex: Quod,

cum Turonensis statuta Concilii, sectio-
nem inhibeant præbendarum, teneris utri-
que de his, quæ vacare contigerit, inte-
grare præbendam, nisi rationabili causa
de vacante præbenda supradicta due fue-
rint constituta, ac tot sint utriusq; proven-
tus, quod per utramq; sit utrig; provisum
in beneficio competenti.

Ex hoc Textu deducitur, quod 977
Episcopus ex rationabili causa possit
præbendas vacantes dividere, ita, ut
ex una fiant duæ, modo præbenda,
quæ dividitur, habeant sufficentes re-
ditus pro duabus præbendis, seu duo-
bus beneficiatis congruè, ac decenter
sustentandis, ut colligitur ex textu ibi:
nisi rationabili causa, de vacante præ-
benda supradicta, due fuerint constituta,
ac tot sint utriusq; provenitus, quod per
utramq; sit utrig; provisum in beneficio
competenti; quo limitatur cap. Majori-
bus, de quo num. 970. ut non proce-
dat in hoc casu.

Difficultas est, quomodo, aut unde 978
Episcopus, si post ejusmodi divisi-
onem appareat, redditus non sufficere
pro congrua sustentatione utriusque
Beneficiati noviter instituti, possit inte-
grare utriusque præbendam, seu comple-
re ad sufficientiam congrue sustenta-
tionis? tametsi enim in textu dicti c.
Vacante. 26. de præbend. dicatur: tene-
ris utrig; de his (videlicet præbendis)
quæ vacare contigerit, integrare præben-
dam; videtur tamen obstare cap. Cum
causam. 36. cod.

Cum enim controversia esset in- 979
ter Episcopum Aurelianensem, & Jo-
annem Canonicum Sanctæ Crucis, qui
exigebat præbendam sibi suam integ-
ram: Judices ad hoc à Pontifice delegati
quesiverunt ex eodem, an aliam præ-
bendam dividere deberent, ad integrandam præbendam Iohannis? Respon-
dit Pontifex, quod sue intentionis non
existat, ut pro integratæ præbende supra-
dicti Canonici præbenda de novo aliqua
scinderetur.

Discordia utriusque textus appa- 980
ret ex eo, quod in cap. vacante dicatur
integrationem præbendæ tali casu facien-
dam esse ex his, quæ vacare contigerit;

at in c. cum causam , dicatur , non esse faciendam per Sectionem alterius præbende de novo ; unde igitur ? nam duobus in simul in eadem præbenda praestare institutionem est contra c. Dilecto , de quo num. 973. Dividere , est contra Concilium Turonense , divisum inter eos bonis , ut constat ex num. 970. dare uni sub expectatione alterius , contra Concilium Lateranense , prout dicitur in cap. Tua. 10. de præbend. ibi : Cùm sèpè contingat , quòd ad unam præbendam duo Clerici propter importunitatem pertinentiam elegantur : hos attendentes , quòd si duo unam præbendam tenerent , illud esse contra Concilium Turonense , quòd præbendarum prohibet Sectionem , & si unus illorum ipsum obtineret præbendam , sub expectatione alius , contra Lateranensis Concilii statuta remaneret , inquisitioni tuæ taliter respondemus , quòd talis electio de rigore juris penitus esset cassanda .

981 Resp. nihilominus in tali casu , quo , post divisionem unius præbendæ in duas appareret , neutram divisionis partem sufficere præbendario noviter instituto , integrationem esse omnino faciendam , & quidem , si divisio facta est ab Episcopo , vel Ordinario , inconsulto , seu indebet , (nimurum non præmissa consideratione de sufficientia bonorum ex divisione cuiilibet assignatorum) integrationem faciendam esse ab eo , ex bonis sua mensa attributis , nisi contingat vacare præbendam , vel aliud beneficium abundans , ex quo circa defectum congrue sustentationis Beneficiato remanentis , portio alteri in præbendæ integrationem assignari possit ; quo casu non fieret Sectio , de qua cavetur .

ARTICULUS VII.

De reliquis ad hunc titulum pertinenteribus.

982 Præter haec tenus dicta not. et si cap. unic hoc temp. habeatur , esse juris explorati , quòd Actore non probante , is , qui convenitur , etiam si nihil præstiterit , debere absolviri ; & neminem debere sine accusatione damnari , nec testes receptos sine forma judicii super aliquo ne-

gotio , alteri prejudicium generare : primum tamen intelligi cum limitatio- ne , nisi contra cum sit præsumptio , ratione cuius onus probandi transfera- tur in ipsum , qualiter id contigit in casu hujus c. ubi contra Archi- Episco- sum Mediolanensem variae stabant præsumptiones de beneficio non Canoni- cœ collato ; & ideo ad certa puncta respondere coactus est ; secundum etiam intelligendum nisi notorietas facti sit loco accusantis , ut diximus lib. 5. tit. 5. Deinde , ut non excludat alias vias procedendi per inquisitionem ; vel denunciationem .

Not. 2. occultam beneficij collatio- 983 nem non quidem esse irritam ; cùm id nullo jure reperiatur expressum (pre- ter eam , quæ sit electionibus juxta for- matum cap. Quia propter. 42. de Elect. ibi enim electio , & electus debet publi- cari) esse tamen suspectam , tanquam non canonice factam , ut not. Gloss. in dict. c. unic. vide occulta ; illud enim , quòd clam , & secretè sit , suspectum est , ut per Tiraq. de retract. tit. 2. in præ- fat. num. 13. & fraus præsumitur in his , quæ clandestinè , & secretè fiunt .

Not. 3. Collatorem beneficij non 984 posse cum Collatorio pacisci de fructibus , vel eorum aliquâ parte relinquentis Collatori ; sic enim pactum istud foret simoniacum ; quamvis sine pacto , alio titulo (verbi gratia , ad solvendum æ alienum pro suæ Ecclesiæ commo- do , ac utilitate contractum) possit id ad tempus (necessitatis nimurum ex- gentis) eos , vel eorum partem refer- vare juxta dicta à num. 910. dixi pro u- tilitate suæ Ecclesiæ ; nam unire , vel ap- plicare suæ mensæ , vel Capitulo etiam ad tempus , jure ordinario non licet Episcopis , vel Ordinariis beneficiorum Collatoribus , arg. Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand. juxta Gloss. V. Mensa .

Not. 4. quamvis pensiones Ecclesia- 985 stice in multis cum beneficiis , & por- tionibus conveniant ; in re tamen , & propriè loquendo , non esse beneficia Ecclesiastica ; hæc enim in se sunt per- petua , etiam in habente : illæ vero ex- tin-